



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

*Ab. 52. j*



I. N. J.  
DISPUTATIO I.  
**SELECTARUM**  
**THESIUM**  
**JURIS CERTI & CON-**  
**TROVERSI**

Ex Pr. j. & ff. C. Just: Theod: Libb.

βασιλικῶν & ᾶ. Epistolis præmissis,

Quam

**PRÆSIDE**  
**JOHANNNE CHRISTO-**  
**PHORO Volk/**

J. U. D. & P. P.

**ZACHARIAS Fischer/**

Boleslâ Siles.

**RESPONDENS,**

publicè defendet

**IN AUDITORIO MAJORI**

**A. cl. Id. LXXX.**

---

**REGIOMONTI**

Typis **FRIDERICI REUSNERI, SER. ELECT.**

**BRAND. ET ACAD. TYPOGR. HÆREDUM.**



DISPUTATIO  
SELECTIONARUM

THEOLOGICARUM  
IN  
THEOLOGIA

DE  
THEOLOGIA

JOHANNIS CHRISTOPHORI

MAJORIS

IN  
MAGISTRO

MDCCXXX





Institutionum proœmio respondent tres Pandectis & totidem Codici præmissæ Sanctiones. Cum quibus quoad C. Th. duæ Theod. jun. Novellæ: prior de C. Theod. autoritate: posterior de Confirmat. Novell. Theod. ad Valent. III. in libb. βασιλικῶν Proœmium & in Decretalibus Gregorii IX. Epistola conferri possunt.

II. In his Sanctionibus præmittitur *Invocatio*. In nomine Domini nostri Jesu Christi *princ. Proœm. j.* In nomine Domini & Dei nostri Jesu Christi *pr. d. Confirm. Dig. in Christo princ. Proœm. βασιλικ. 2. Author operis Imperator pr. Pr. j. & princ. Sanct. ff. & C. præmissarum.* Gregorius Episcopus Servus Servorum DEI *pr. Epist. Greg. IX. 3. Salus Cupidæ Legum juventuti pr. Pr. j. Triboniano quæstori pr. d. Concept. Dig. Theophilo & c. Princ. de juris docendi ratione. magno Senatui pr. d. Confirm. Dig. pr. d. nov. C. fac. & Emendatione C. Dilectis filiis pr. Epist. Greg. IX.*

III. Sanctiones continent 1. officium boni Principis, quod in legitimo armorum & justitiæ exercitio consistit *initio Proœm. & S. 1. 2. j. eod. Constit. d. Concept. & Confirm. Dig: nec non d. no. C. fa: Conf. & Em:* ut appetitum noxium sub juris regula limitet. *Epist. Greg. IX. 2. Confirmationem §. 6. Pr. j. § 23. d. confirm. Dig. §. 4. d. Emend. C. Domini Justin. Epist. Greg. IX. in f: 3. Commendationem §. 3. & 7. Pro: j. §. fin. d. Confirm. Dig. §. 5. d. Just. C. confirm: ut facilis juris cognitio in fin. Pr. βασιλικῶν ad communem utilitatem referatur Greg. IX. Epist. in verb. ad commun:*

IV. Non *Annales* sed *aniles* fabulas concinnarunt *Historici Græci* & omnes qui Corporis Juris Civilis Authoris famam lacesunt quorum in numero sunt *Laur. Valla l. 6. Eleg. c. 36. Tiraquelus de Nobilitate. c. 31. n. 536. Zasius in Scholiis l. 2. ff. d. O. I. Franc. Floridus, Sabinus, Budæus, Suidas, Johannes Tzeza Chiliade 2. Hist. c. 88. Raphaël Volaterranus Anthropologie lib: 23. Petrus Crinitus de honestâ disciplina lib. 9. c. 6. & Camerarius horarum, subciv: cent: 3. c. 80. Majorem fidem merentur dicta à Procop: l. 3. d. Bello Gothico. Platin: in Vit: Bonifacii II. Cassiod: l. 10. ep. 9. 22. Don Francisc. de Cordova in Didascalica c. 14. & Nicol: Alcmann in notis ad*

*Historiam arc: Procop.* Qui his se opponunt vitia Justiniani minoris nostro Imp. adscribunt. *Teste Paul. Diacon: lib. 18.* Valla inani conjecturâ Domini nomine quod sibi tribuit Imperator seductus eum ignorantia latinæ linguæ arguit, cum tamen eodem ante eum Impp. alios usos esse propet *L. 9 ff. d. L. Rhod. de jact: Tiraquellus A. Gellium L. 6. Noct: Attic: c. 14.* de grammattrea Testamenti notatione loquentem malè intelligit de juridicâ cui non tam ex verbis quàm ex rebus ipsis in derivatione naturam rei elicere convenit *l. 1. pr. ff. d. j. & j. l. 2. § appell. ff. d. R. C l. 1. ff. d. A. vel A. P. l. 57. D. d. V. S. l. 35. §. 1. D. d. Don. mort: caus l. 1. d. Novat: l. 1. ff. d. Furt: Ad Tzeze & Græcorum Historicorum Fabulas reponitur non infrequens eis esse locò historiæ fabulosa proponere test. *Plin l. 4: Nat: Hist: Cicero in orat: prò Flacc: Alciat: lib: 5. parerg: c. 2. Nicol Almann obs: in not. ad Histor arcan: Procop: c. 18. Mich: Piccart: observ. Histor: Polit: Decad. 4. c. 1. Dec. 13. c. 9. Giphon. in vit. Justin.**

V. Jurisprudentiâ Romana cum ipsâ Urbe crevit eâq; senescente in Occidentali Imperio extincta est. Initiô U. C. per 244. annos Legibus Regiis erat locus de quibus extat *l. 2. ff. d. mort: inf: & sepul: edific: Regibus a. 244. ejectis usq; ad annum 304. in certò jure P. R. est usus, hoc demum Leges X. Tabb. compositæ quibus sequente anno duæ adjectæ, & sic libellus XII Tabb. compositus, hunc excepit interpretatio jurispruð: secutæ sunt deinde Leges singulares & quidem præcipuæ sunt de provocatione, Magistratus & Trib: rog. frequentibus annis lata *Liv. 3. Dionys. l. 10.* Lex de connubiis Patriciorum & plebejorum a. 309. *Liv. lib. 4. de mulctæ æstimatione a. 324. plin. l. 33 c. 3 Festus lib. 3. in voc. Sestert.* deindè Anno 370. Nequis Patriciorum in arce aut capitolio habitaret lex lata *Liv: l 4. Dyonyf. l. 4.* Anno 376. lata est Lex Agraria & de are alienominuendo. *Liv. l. 6. Appian. l. 1. d. Bell Civ: Gell. L. 20. c. 1.* Anno 395. à Pætilio præpostera ambiendi ratio coërcita est. A. 396. Lata est Manlia ut vicésimæ eorum qui manumitterentur ad ærarium pertinerent. *Liv. l. 7.* Anno 414. Q. Publius Philo Dictator tulit. 1. Ut P. S. C. omnes Quirites tenerent. 2. Legum quæ centuriatis Comitibus feruntur ante initum suffragium patres authores fierent 3. Ut alter utiq; ex plebe, quum eo ventum sit, ut utrumq; plebejum Consulem fieri liceret censor crearetur. *Liv. l 8. An. 453* Lex de provocationis pœna An. 467. de Nundinis.*

*Gell,*

*Gell. l. 15. c. 27. An. 504. Lex Glitia l. 4. ff. d. in off. Test. An. 535. de na-*  
*vibus. Liv. l. 21. l. 6. d. l. Jul. Pec. An. 540. de luxuria mulierum Liv. l.*  
*44. Tac. l. 3. Ann. 549. Lex Cincia de patrociniis Tacit. l. 13. An. 573. Lex*  
*Sumptuaria Macrob. Saturn. 3. c. 17. Plutarch. in Syll. Cic. de Legib.*  
*l. 3. Deinde quoq; latae sunt Leges de sumptibus funerum, concioni-*  
*bus Trib: quaestionibus publicis, judiciis perpetuis, Repetundis, item*  
*maleficiis. An. 605. Renovata L. d. Repet. Cic. l. 2. off. Tacit l. 15. An.*  
*610. Extensio L. Sumptuaria ad Italiam universam. A. 616. de perduel-*  
*lionis judiciis. An. 654. j. de minuenda Nobilitatis Potentia. An. 658. de*  
*Sociis in jus Civitatis redigendis. His accesserunt Plebiscita Praetorum*  
*Edicta Responso Jurorum & ultimò loco Constitutiones Impp. Genti-*  
*lium & Christianorum usq; ad A. D. 529. quò primus Codex Justinianus*  
*editus est. A. D. 533. & D. ac A. D. 554. Codex rep. praedit: Post Justinianù*  
*ea secuta sunt tempora, imò partim excepere ut ob irruptiones hostiù*  
*in Romanù Imperium Libri Justinianæ in Occidentem ne quidem pe-*  
*netraverint. An. D. 800. Ravennæ quinta pars ff. apud Exarchos Græ-*  
*cos tantum reperiebatur. Balduin: in j. in prol: Decian: in Apolog*  
*advers. Alciat. c. 8. Donec in Excidio Urbis Amalphitanæ in Apulia*  
*circa a. 1127. Libb. ff. reperti. Coras. ad L. 2. ff. d. O. j. quò tempore*  
*Bononiæ An. 1150. Irnerius jussu Lotharii jura Romana profiteri ince-*  
*pit. Verum in Orientali Imperio jus Romanum usq; ad annù 1452. in*  
*usu fuit, quanquam in græca versione; Quatuor libb. j. à Theophilo*  
*Digesta à. Thaleleo græcè reddita sint Balduin: in praefat: Schol. ad*  
*Nov: Holoand: in proem. ad Nov. Svalenberg: in prolog: ad Harme-*  
*nop. Cujac: c. 31. l. 17. & c. 10. l. 6. o. j. Codex Græcus in Insula Creta*  
*visus Svalenberg. d. l. Balduin. in prolegom: Plura de hac materia*  
*videri possunt apud Lindenbrog: in Cod. antiq. in praef. Marquard:*  
*Freber: in Epistola juri Græco Rom. praemiss. Forsterus. nec non J. Go-*  
*ebfred: in Historiâ juris c. 1. & seqq. Arthur. Duck de, Auctoritate*  
*J. C. R.*

VI. Gentilium Impp. Constitutiones à Gregoriò & Hermoge-  
 ne hominibus privatis privatâ authoritate collectæ sunt, integriseo-  
 rum Codd: usi sunt B. Augustinus lib. 2. ad Pollent: d. Adult: c. 18.  
 nec non author Collationis Legum Mosaicarum ut & Tribonianus.  
 Constitutiones Impp. Christianorum editæ sunt à Theodosio Seculò  
 fere elapsò post edit: C. Herm: quem Theodosium M. Idacii Chro-  
 nicon docet. sed falsò quia is Codex conditus est à Theodosio

juniore, quod probant duæ Theodosii jun: Nov: prior de C. Theod.  
Authorit: post: d. Confirm. Nov. Theod. ad Valentin. III.

VII. Compilatoribus in siglis vertendis in quibusdam locis infelicitè cessit negotium e. g:

I. A. P. P. D. In l. 7. D. d. Cap. min: verterunt *jure alieno positis personis deferuntur*. vertendum: *jure Agnationis proximis personis potissimum deferuntur*.

I. L. In l. 44. n. Adopt: declararunt verb: *jure Legis*. declaranda sunt verbis: *jure Legeq.*

V. P. In l. 8. d. Lib. & postb: reddidere verb: *Vivo patre*. reddenda: *Vivô Primo*.

C. L. In l. 4. §. 17. d. Fidei c. Libert: verterunt: *Caducis Legionis*: vertenda: *Caducariis Legibus*.

F. C. In l. 8. qui & à quib. man: Fidei Commissi. vertenda verbis *Fraudandorum Creditorum*.

A. D. In l. 8. d. V. O. conjunxerunt faciendo præpositionem, Ad, cum tamen hæ literæ duas significant voces: *Ante diem*.

A. S. In l. 40. de Hered. instit. pro siglis acceperunt explicantes hoc vocabulum per alter *Semis*, cum tamen nnum saltem sit nomen *A S*.

VIII. Nullas dari Antinomias in toto opere, si quis diversitatis rationes animo subtili excutiet ait Imp. in §. 15. Epist. 1. d. Confirmat. Digest: nec non in §. 15. Epist. 2. d. confirmat. digest. inquit, *si modo ad omnes contrarietatis fines animum intendere festinet*. Huic Imperatoris assertioni omnibus viribus sese opponit *Anthonus Matthæus*, inque undecim Disputationibus Collegii sui fundamentorum juris Antinomias variosque per totum opus diffusos esse nexos defendit. Egregia sanè fundamenta, quæ jus nostrum incertum reddunt & Jurisprudentiæ basin evertunt. Cum verò hoc semen virulentum fertilem agrum universumq; boni & æqui fontem inficiat id in primo statim limine in thesibus seqq. erit extinguendum.

IX. In Disputatione secunda 18. nexos Inst: refert, cum tamen nullus sit in §. 86. ei *primus nexus est: Definitio Institutionum in §. igitur Pr. j.* proposita; *non est nexus* quia materia circa quam Institutiones versantur personis, Rebus & actionibus constat §. 12. j. d. d. j. N. G. & C. Sed nihil in totâ legitimâ scientiâ docetur, quod non ad



ad hanc materiam referri queat. *l. 1. ff. de Stat. Hom.* Er. rectè dicuntur Institutiones totius Legitimæ Scientiæ Elementa §. *dict. igitur Pr. I.* Imò falsum est, quod dicit de *Jurisdictione, Pactis & Restitutione in integrum*, nihil in J. reperiri, quod eorum summam redolere queat. Reperitur in tit. *d. offic. Jud.* non tantum de Jctione sed etiam in §. 2. *j. d. Libertin.* §. 8. *j. d. Adopt.* §. 3. *d. Attil. Tut.* quod Prætori non ex Jurisdictione sed Lege competit. De Pactis reperitur in §. 1. *d. Usufr.* §. 1. *j. Quib. alien. licet.* De probatione reperitur §. 12. *j. d. Fidei C.* de Restitutione §. 6. *j. d. Interdict.* In *θ. 87. secundus nevus*: quia in eodem pr. §. *Cumq; hoc Deo* dicit nihil perperam in his libris esse positum, nihil quod non ipsis in rerum argumentis obtineat. Et totus tamen est passim in recensendo jure antiquato §. *Præterea. j. Quib. mod. Jus P. P. solv. in tit. d. Attil. in §. ult. d. Donat. in §. 1. j. d. Testam. ord. in tit. d. Exhered. lib. in rit. d. L. Falcid. Sc. Sc.* Non est nevus. Imperator non recenset fabulas, sed antiqua jura in textibus allegatis, hæc inseri voluit cognoscendi veteris juris ergò, quod ante obtinebat, & quod postea desuetudine inumbratum imperiali remedio illuminatum est §. 3. *j. Pr. illas cum Evandri matre multis abhinc seculis obrutas in j. libb. nullibi reperire licet.* In *θ. 88. nevus 3. Obligatio ad secundum objectum refertur*, quia primum objectum in duobus consistit; in statu & obligatione, *l. 3. ff. d. O. & A. Non est nevus.* Cum obligationes æquè res sint ut dominia, consistantq; in bonis & patrimonio nostro, *l. 49. d. V. S. Gædd. d. contra th. Stipul. c. 9. n. 15.* indeq; in commercio nostro esse probat *Arum. Ex. 12. q. 3. Bachov. Disp. miscell. c. 2. Hillig. Don. Enucl. 12. Comm. 1.* quod cum de personis affirmari nequeat, rectè ad jus rerum referuntur Obligationes, status enim personarum sive ipsæ personæ tantum intelliguntur in jure personarum, non verò quæ quocunq; modo eis accidere possunt, ita enim unum foret objectum juris, persona, cum omnia personarum gratia sint scripta jura §. *fn. j. d. J. N. G. & C.* Imò Obligatio & dominium tam arctè coherent aliquando, ut à modis acquirendi contractus vix secernant leges *l. 55. d. O. & A. l. 11. & 2. ff. d. Act. Empt. Vend.* Et contractus causæ acquirendi ejus quod nostrum est dicantur à Paul. *l. 3. §. 21. d. A. P. Valent. Riem: Dec. 9 q. 1.* Nec obstat *l. 3. ff. d. O. & A.* Sed illa magis Imperatoris dicentis, Justitiam administrari personis de jure in Re & ad Rem per Actiones, quàm Antonii Matthæi assertionem confirmat.



In § 89. quartus *nevus* in duobus. 1. quia Rerum divisiones differentia & qualitates non unâ serie docentur §. singulorum. j. d. R. D. interjectis Acquisitionum modis. Nec dominia rerum unâ serie traduntur, sed interjectâ Rerum divisione, & in ea servitutibus prædiorû & Personarû. 2. in § 90. quia Justinian. ex jure Personarû l. 1. Ex Jure in Rel. 2. Ex jure ad Rem lib. 3. & Actionibus l. 4. j. non composuit. In neutro est *nevus*. Inter primam & secundam Rerum divisionem, nil, nisi primæ divisionis qualitatem, quam in jure habet, interjecit, & secundæ divisioni Rerum incorporalium definitiones & species subjecit, ne videretur Res physicè sed juridicè pertractare; Quod librorum dispositionem attinet, monstrosa nasceretur forma, nec libri magnitudine sibi responderent, si libri secundum *Antonii Matthæi* methodum arbitrariam distracti essent. Hujus farinae est *nevus* 5. in §. 91: quia materia Hereditatis ex Testamento & ab Intestato in diversis docentur libris. Non est *nevus*, quia libri institutionum æquali ferè titulorum distributione divisi sunt. *Nevus* 6. in §. 93. quia Tit: 8. & 9. l. 2. subjiciuntur Acquisitioni rerum singularium, cum tamen ad Acquisitionem per Universitatem quoq; spectent. Non est *nevus*: quia ad utramq; Acquisitionem pertinent, ideo medio in loco inter utramque poni & acquisitioni rerum singularium statim subjici potuere, cum & in nigro dictorum Tit: magis de Acquisitione & alienatione rerum singularium quàm per Universitatem agatur.

X. *Nevus* 7. in §. 94 & seqq: quia in §. ult. j. per qu. pers. cu. acquiritur in divisione Hereditatis ex Testamento vel ab Intestato omisa est Hereditas Fidei Commissaria. Non est *nevus*: nam quando aliquis heres in Testamento directè instituitur, isq; deinde rogatur, ut hereditatem vel partem ejus alteri restituat §. 2. j. d. Fidei C. Hered. tum continetur hæc Fidei Commissaria Hereditas sub illâ quæ ex Testamento fuit; Vel rogatur heres ab Intestato, ut Hereditatem restituat §. 10. eod. & referenda est ad Hereditatem ab Intestato. *Nevus* 8. in §. 100. quia Testamentum in Solenne & militare dividitur. Non est *nevus*: quia Imperator in j. de præcipiis Testamenti speciebus agit nempe Scripto, Nuncupativo, & militari. Ergò non excludit à Testamento solenni, quod coram Principe factum vel Actis insinuatum; à minus solenni parentum inter liberos, rusticorum, ad pias causas, & tempore pestis factum. *Nevus* 9. in §. 101. quia in Tit: d. Hered: qual: & diff. modi explicantur, quibus hereditas acquiritur, antequam de

Fide

*Fidei Commissaria & Legitima est dictum. Non est nœvus: quia in hoc titulo de herede necessario agitur, qui ad hereditatem Testamentariam pertinet, propterea Hereditati Legitimæ præmitti debet. Nœvus 10. §. 102. quia in Tit. ult. l. 3. modi dissolvendarum obligationum docentur antequam obligationes de maleficio vel quasi sunt pertractata. Non est nœvus: quia hic Titulus agit potissimum de modis solvendarum Obligationum ex Contractu. Nœvus 11. in §. 103. quia non distinctè 2m §. ult. per qu. pers. cu. acq. de Testamentaria & Legitimâ sed promiscuè de utraq; Hereditate in Tit. 8. lib. 3. agitur. Nœvus non est: quia satis distinctè hæc materia tractatur nec in d. t. promiscuè de utraq; agitur, cum ibi mentio fiat Successionis Patronorum in bona Libertorum, quæ secundum L. XII. Tab. erat Successio Legitima & ab Intestatò. Nœvus 12 in §. 104. Actionis definitio competit tantum personali non Reali. Non est nœvus. quia non obstat vindicantem non debitum sed suum petere, quia verbo deberi in genere acceptò debet etiam mihi rem meam, qui eam possidet, nec restituit l. arbor 19. §. 2. Comm. Div. l. 178. d. V. S.*

XI. *Nœvus 13. in §. 105 quia Actionum Divisiones interjectis procuratoribus & Satisfactionibus inter sextam & septimam, de Exceptionibus & Replicat: inter octavam & nonam divisionem confuse, proponuntur. Non est nœvus, quia continentia Titulorum docer, & inspectio quoq; textuum probat non proponi novas ibidem Actiones, nec earum seriem ullo modo interrumpi. Rittersb. ad j. Disp. 31. 32. & 33. nam in tit. d. perpet. & temp: Act: modus finiendi Actiones. in tit. d. Interd. ea quæ sunt vice Actionum tractantur. Nœvus 14 in §. 106. quia judicia publica quæ sunt extra limites institutionum pertractantur. Non est nœvus: quia ea Imperator potius attingit quam explicat, quanquam etiam si explicasset non extra limites j. id factum esset, cum j. sint Elementa totius legitimæ Scientiæ ad quam etiam judicia publica referuntur Nœvus 15. in §. 107. quia Imp. dicit Jus P. P. proprium esse Civium Romanorum nulli enim alii populitalem in liberos habent potestatem. Non est nœvus. quia nullum verbum est otiosum sed in iis ad solennia & effectum Juris Civilis respicitur quæ jus Romanum à Legibus aliarum Gentium distingunt Nœvus 16. in §. 108. quia pugnat j. cum D. §. item inuti j. d. Curat: aliquid asserit contra l. u. §. ult. ff. d. min. 25. ann. Non esse nœvum docet Bachov. ad d. §. j. in §. 109. quia §. cum ex aliena d. R. D. Pugnat*

*Pugnat. cum L. 7. §. Cum quis ex aliena ff. d. A. R. D. Nævum non esse docet Ungep. Disp. 5. quest. 8. in th. 110. quia pugnat. §. cum in suo j. d. R. D. & A. R. D. cum l. 7. §. 10. ff. d. A. R. D. & L. 2. ff. d. Tign. junct. hunc nodum accuratè solvit Bach. ad §. Cum in suo J d. R. D. n. 7. In  $\theta$ . 111. pugnam agnoscit inter §. non autem j. d. perp. & temp. Act. & L. 157. §. fin. d. R. I. Nulla est pugna uti docet Bach. in Com. j. ad h. §. d. perp. & temp. Act. n. 2. & 3. In  $\theta$ . 113. ait Interdictum §. Recuperanda j. d. Interd. intelligendum esse de Vi publica non privata. Sed hæc interpretatio Compositores j. non stringit, multo minus aliquem nævum esse docet. in  $\theta$ . 114. allegatur §. it. si in judicio j. d. Except. in quò vocabulum obligationis ab Anthonio Matthæo strictè sumptum laxius accipi, sicq; omne dubium removeri debet. In  $\theta$ . 115. notatur §. item Lex julia d. publ. jud. quia illi Legi adscribitur pœna Adulterii. Verum cum de hoc crimine d. Lege quam maxime & plenissimè cautum sit, etiam ea quæ postea sancita fuerunt eò retulerunt. Nævus 17. in  $\theta$ . 116. quia Compilatores Imperatoris constitutiones commendant nec tamen vocula earum summam attingunt in §. pen. j. d. Her. qual. & Diff. Non est nævus quia in d. §. manifestè docetur per beneficium intelligi beneficium in l. ult. C. d. jur. delib. propositum. Nævus 18. quia in §. æq; j. d. Act. unius casus mentio fit, qui inveniri in ff. non potuit. Non est nævus, reperiri potest in l. quoties D. d. prob. junct. l. fin. D. Si libert. ing. eff. dic. desumpta explanatione ex l. generaliter D. d. Except.*

XII. In Disputatione 3. fundamentorum juris tres proponit nævos. Primum dicit esse hunc: *quia multa in libb. j. sunt ommissa que omittenda non erant*, huc refert, (1) §. ult. j. d. Nupt. ommissa esse sine instrumentis dotalibus etiam posse fieri legitimum: hocque vitium ait latere in §. 2. j. de Her. qual. R. nil esse ommissum in d. d. §. §. quia Just. præcisè voluit intervenire instrumenta N. 12. c. ult. N. 18. c. ult. N. 74. in pr. N. 89. c. 8. (2) in §. 1. j. Qu. Test. Tut. da. poss. correctionem esse ommissam l. 10. §. f. d. Test. Tut. Resp. in §. j. conditionalè illà cum liber erit non excludi sed includi, ita ut tamdiu pendeat datio Tutoris ex Testamento etsi pure facta sit quam diu pendeat conditio, Ad tertium omissionis vitium responsum est ad textum primum circa nævum 16. A. M. Disp. præc. (4.) in §. Religiosum j. d. R. D. ommissam esse distinctionem quæ reperitur in l. si plures 41. ff. d. Relig. Resp. quia distinctione Extranei & Domini quando alius sepulturæ commo-

commodus datur locus opus non est, idèd ea in d. §. j. negligi potuit.  
(5) In §. quod si naturali. non adjecta quæ Cæjus subjungit in l. 7. §. quod si toto §. d. A. R. D. Sed vix est ut id obtineat. Resp. cum d. §. j. de agro arcifinio & d. l. de agro limitato loquantur, verba Legis rectissimè in §. j. omisâ sunt. (6) In §. Cum ex aliena j. d. R. D. ex l. 7. §. cum quis ex alienâ ff. d. A. R. D. esse quædam verba omisâ. Sed ad hoc dubium jam est responsum ad text. 2dum circa nævum 16. Disp. præc. (7) In §. Ex diverso j. & l. 7. §. Ex diverso 12. ff. d. A. R. D. Exceptionem l. 38. d. Hered. pet. esse omisâ. R. quia nullus textus in jure impensas necessarias exclusit, inde neq; hic aliquid omissum esse, cum id subintelligatur, quia in tantum Dominus locupletior factus l. 6. §. 3. d. N. G. at nemo cum alterius jactura & injuria locupletior fieri potest l. 14. d. Condiçt. Indeb: l. 8. §. 22. d. Transact: & l. 206. d. R. I. Videtur enim dolo malo facere qui ex alterius jactura lucrum quærit l. 17. §. 4. d. Instit: Act: (8) in §. 40. j. d. R. D. omisâ esse emendationem Fratrum ex l. 3. §. pen. ff. d. Jur: Fisc. Zoanetus 27. legit non Religiosis, qui ob id reprehensus à Robert: I. recept. 5. Accursius d. §. j. refert ad equitatem, d. l. ad jus strictum. Angelo Fisci loco Ecclesiam substituenti d. l. displicet, aliter interpretatur Cujac. 5. o. 5. Aliter legit Fornerius 2. select. 26. Aliter sentit D. Gothofredus. Sed in tantâ responsionum multitudine Cujacii sententia ( cui frustra se opponit Bachov: ad h. §. ) omnibus præferenda. (9) in §. 1. j. d. Usu & Hab. omisâ esse sententiam Sabini Caspi Labeonis & Proculi quæ allegatur in l. 12. §. 1. d. Usu & Hab: Respondet ad hoc dubium Bachov. in Comm. ad d. §. j. (10) in §. Sed etsi quis j. d. Testam: mil: ex l. 15. §. Testam. ff. d. milit. Testam. esse omissum ut valeat Testamentum jure militari satis esse si militis voluntas contraria non sit. Resp. nil esse omissum quia ex verbis l. 15. §. 2. apparet aliquam subjunctam voluntatem fuisse, & ita idem quod in §. Sed etsi j. expressum est in hac lege quoq; dici. (11) In §. alio autem j: quib: mo. test: infir: distinct: esse omisâ ex l. 6. §. ult. d. injust. rupt: l. 1. §. exigit ff. d. B. P. secund: rabb: irritum fieri solâ Arrogratione non etiam emancipatione & Adoptione. Resp. in dictis legibus non contineri Distinctionem sed Exceptionem à Regula generali quæ in j. traditur, Regulam verò cum omnibus exceptionibus proponi necesse non est, sed sufficit in j. Regula generalis, quæ in latiori Digestorum volumine Exceptionibus

confirmatur. (12) in §. *Non tamen j. quib: mod. Test: infirm: duo esse omiſſa. Primum etiam cum ruptum eſt Teſtamentum. Ex l. poſt-  
bunius ff. d. injuſt. rupt: Alterum ſic cum effectu peti, ſi quis b. p. petis.*  
Reſp. Nihil eſſe omiſſum, quia ea quæ de capitis diminutione dicta  
ſunt transferri queunt ad Teſtamentum ruptum, inde opus non fuit  
rupti adhuc mentionem facere vel ulterius aliquid adjicere, cum d. §.  
j. ſatis manifeſtè doceat Teſtamentum quod J. C. effectibus deſtitui-  
tur Jure Prætorio ſubſiſtere, & licet de irrito exemplum ſubjiciatur, ta-  
men id neceſſarium non eſt, ut huic etiam ( ſi quæ alia huc referri que-  
unt ) ſubjiciantur. (13) in §. *non autem j. d. inoffic. Teſtam. duo eſſe  
omiſſa. 1. non quòsvis fratres ſed conſanguineos tantum. 2. præferri  
non modò turpibus perſonis ſed etiam ignominia laborantibus l. 27.  
C. eod. tit.* Reſp. nìl eſſe omiſſum, 1. quia Fratrum appellatione hic  
proximi intelliguntur, cum quibus per Patrem omnia ſunt communia,  
neq; ulterius ad alias perſonas hæc querela ut puta odioſa quæ ſub co-  
lore inſaniæ tanquam aliquod remedium extraordinarium concedi-  
tur extendi debet. Nec 2. in l. 27. C. eod. excluduntur perſonæ igno-  
minia laborantes, cum ea quoq; ad turpitudinem latè acceptam re-  
ferri queat, ſicut enim Ciceroni lib. 5. Epift. famil. 17. & lib. 3. d. Orat:  
variæ ſunt honeſti acceptiones & honeſtum etiam dicitur, quod ple-  
bejâ opinione glorioſum eſt, ſic non tantum quod Legum infamiâ no-  
tatur, ſed quod opinione honeſtorum Virorum famam lædit, & eorù  
judicio contemptum parit in oppoſitione prædicti honeſti pro turpi  
habetur. Laert. in vit: Ariſtippi. (14) in §. *non tantum j. d. Codicill:  
omiſſa eſſe ſeqq. verba: Aut Voluntas eorum quocunq; judicio retine-  
atur ex l. 5. ff. d. Jur. Codicill.* Reſp. verba d. §. j. & l. 5. in effectu ſi-  
bi invicem reſpondere. (15) in §. *Cum autem j. d. Empt: & Vend:  
videtur aliquid omiſſum Cujacio in tract. 8. ad Afric: Sed ipſe An-  
tonius Matthæus hoc negat.* (16) in §. *ult. j. quibus mod. coll. obl.  
omiſſum eſſe quod Ariſtoni viſum eſt diſſolvi etiam poſſe reſecuta l. ab  
Empt. 58. ff. d. pact. l. 1. C. quand. lic: ab Empt. diſced:* Reſp. In §.  
j. agitur de diſſolutione, quæ nudo fit conſenſu, in hoc neceſſariò re-  
quiritur, ut res adhuc integra h. e. nec pretium ſolutum nec res tradita  
ſit. In l. 58. ff. d. pact: dicitur de diſſolutione in quâ præter conſen-  
ſum nudum in contrarium agi debet, quia jam aliquid intervenit, ne  
res amplius integra manſerit. (17) in pr. j. d. VI. *Bon. rapt: eſſe omiſ-  
ſum an Raptor Furti manifeſti, an nec manifeſti teneatur, de quo non  
conſtitie*

*constitit inter 7 Ctos l. 1. ff. eod. l. Si quis 52. §. ult. ff. d. Furt: l. Si vendidero 80. §. cum Raptor ff. eod. Respondeo sufficere Actionem furti in genere esse propositam quæ utramq; speciem manifesti & non manifesti complectitur, & contra Raptorem elective conceditur quando per vim rapit & in delicto deprehenditur l. 80. §. 3. d. Furt: quando verò raptor Domino se occultante nec quemq; habente quem attestetur non deprehenditur in delicto tenetur furti non manifesti Actione l. 1. §. l. 52, §. ult. d. (18) in §. in bonæ fidei j. d. Ad: ex L. 4. §. l. 21. ff. d. Compens. de esse quod post D. Marcum obtinuit fieri compensationem ipso jure etiam in stricti juris judiciis. Respondeo verba in d. §. j. ut ipsò jure Actiones minuant satis probare nil ex legibus citatis suppleri posse. (19) In §. præterea j. quod cum e. qu. in al. pot. est neg. gest. e. dic. omisas esse impensas utiles l. 5. §. quod Servus ff. d. in Rem vers. Resp. in §. præterea j. implicite contineri etiam utiles impensas quod patet ex exemplo de fundo empto. (20) in §. Recuperanda j. d. Interd: esse distinctionem omissam inter vim armatam & quotidianam l. 1. §. ex interdicto junct. l. Sed si vi. 14. ff. Unde Vi. Respondeo distinctionem in vim armatam quæ fit collectis hominibus adhibitisq; armis estq; eadem cum vi publica, nec non in quotidianam quæ convenit cum privatâ proponi à Justin: in §. f. j. d. 1. ubi distingvit inter vim publicam & privatam, sed in §. Recuperanda hac distinctione non erat, quia quâcunq; vi dejectus hoc Interdicto indistinctè vincit. (21) in §. publica autem j. d. publ. jud. esse omissum, penam de amissione animæ & damnatione memoriæ spectare ad crimen perduellionis. Resp. neq; hic aliquid esse omissum, quia & crimen perduellionis sub crimine læsæ Majestatis continetur, eaq; ratione non injuriâ ad hoc quoq; crimen, poena refertur l. ult. ff. Ad l. Jul. Maj:*

XIII. Alterum nævum in hâc Disp: 3. ait in eo consistere, quædam esse assuta quæ Pandectis & Codici prorsus sunt incognita, huc refert in §. 25. & seqq. (1) in §. 1. j. qu: Testam: Tut: da: po: esse assuta tacite directam. Non sunt assuta. Confirmat hoc l. 32. §. fin. d. Testam. Tut: Ant. Fab. 6. Conject. 16. Non obstant leges in contrarium allatæ quæ loquuntur de Servo alieno, & Collectione à Servo proprio ad alienum, vel etiam ex parte Fidei Commissariam per Codicillos reliquam respiciunt. (2) in Tit. d. Fiduc; Tut. assuta esse nisi sit perfecta ætatis. non sunt assuta. Nam & in Testamentaria §. furiosus j. qu: Testam: Tut: da. p. Testamento Tutor tam diu inutiliter datur donec

nec perfectæ ætatis fuerit. (3) in §. *Cum in suo j. d. Rer. D.*: assuta esse. *Si non fuerit duplum jam consecutus.* Non esse assuta ad § hunc Bachov: in Comm: probat. (4) in §. *in Testibus j. d. Testam. ord.*: De patre pro Teste admittendo. (5) in §. *ult. j. d. Oblig.*: de causis obligationum non reperiuntur assuta: quia verba *l. 20. §. per contrarium ff. Qu. Testam: da: po.* loquuntur indefinite de filiof. testante jure privilegiato ante missionem; & in §. *ult. j. d. Oblig.*: generales ordinariæ eademq; principales. Sed in *l. 1. p. d. Oblig. & Act.*: omnes etiam reliquæ causæ distinguuntur. (6) In §. *ult. j. d. Oblig.*: adjectam esse literarum obligationem. Non est adjecta; nam & ex literis datur obligatio *t. t. j. d. lit. Oblig. §. 2 j. d. Except.*: merè civilis in qua necessariò non interveniunt, quæ in perfectâ, naturali & Civili simul intervenire solent, ac proinde non obstant *l. 1. §. Conventionis ff. d. pact. l. 1. §. 1. ff. d. Novat. l. græcè §. 1. ff. d. Fidej. l. 1. §. 2. ff. d. O. & A. §. l. 38. ff. eod.* (7) in §. *Sed ista. §. namq; si cui §. rursus ex diverso. §. item si quis in fraudem j. d. Act.*: fictiones esse adjectas. Non sunt superfluæ. cum citra fictionem Publicianæ Paulianæ & Rescissoriæ locus non esset. (8) in §. *item si quis dicto.* Paulianæ adjectum, eam Actionem in Rem dici. Non est superfluum, est enim hæc Actio realis respectu Creditoris, qui rem à Debitore fraude alienatam petit ut non alienatam, & tanquam nomine Debitoris eam vindicat *Ungep. ad. j. Ex. 14. q. 8.* (9) in §. *Si minus j. d. Act.*: adjectum esse ut libellum post L. C. emendare liceret. Non est adjectum, nec derogant fidem *l. 4. §. ult. ff. d. Nox: Act. l. cum fundum 18. §. ult. ff. d. vi & d. vi arm. l. hujusmodi 84. §. qui Servum ff. d. Leg. 1. l. 5. ff. d. Exc. Re. jud.*

XIV. Tertium nævum ait esse hunc quia nonnulla aliter descripta sunt quàm describi decuerit, hujus exempla proponit in *l. 34. & seqq.* (1) §. *Sed hodie j. d. Adopt.*: malè descriptum esse *ex l. Cum adoptivis C. eod. cum repugnet pr. vers. ideò talem dubitationem & vers. omnia igitur. & §. Sin autem 2. in pr.* Benè quoad Rem descriptus, dicitur enim in Constitutione omnia jura patris naturalis integra manere, eademq; minimè dissolvi, quibus verbis idem dicitur, quod in *d. §. j.* datum in Adoptionem Extraneo in potestate hujus non esse. (2) §. *pen: j. d. Excus: Tut.*: malè descriptum esse quia contrarium *l. 14. d. Cur. fur. l. 4. C. d. Excus. Tut. l. 2. qui dar. Tut.*: Benè descriptus est, nec reperitur contrarium in legibus, licet enim leges nolint Virum Uxori Curatorem dari, eo ipso tamen ab excusatione Virum repellunt,



sunt, nam & furiosum mutum surdum cæcum Leges nolunt Tutelam  
 gerere *l. 3. C. qu. da. Tut.* & tamen dicuntur excusationem habere,  
*l. un. C. qui morb:* (3) §. *Religiosum d. R. D. male cum Nega-*  
*tionem esse descriptum cum Negatio in l. 6. §. Religiosum ff Florent: non*  
*reperiatur;* Negatio in sensu cum affirmativâ lectione convenit, quia  
 sufficit semel Dominum consensisse, qui consensus mutata voluntate  
 non revocatur, & ita quoq; vulgaris retineri potest. (4) §. *in pecu-*  
*dum d. R. D. male ex l. in pecudum 28. §. ii. d. Usur.* esse descriptum  
 hominis gratia non malè descriptum arguit ab ipso *A. M. d. l. 1. §.*  
*quod si Patronus ff. quar. rer. Act. non dat.* (5) *pr. j. d. Empt. Vend:*  
 malè descriptum de contractâ Emptione. Non malè, quia verba *pr.*  
*donec aliquid deest* de contrahendâ loquuntur. (6) allegat *pr. j. d.*  
*Act. vid. nevum 12. Disp. 2. A. M.* (7) §. *in b. f. judicis j. d. Act: ma-*  
*lè describere b. f. Actiones per ea que etiam arbitrariis conveniunt.*  
 Non malè illa *b. f. judicis* simpliciter insunt hæc scil: arbitraria sub  
 conditione. Nam in arbitrariis, ut judex condemnet, inest sub con-  
 ditione, si Reus non satisfaciat, Reo satisfaciente cessat ista pars officii  
 judicis. Ut adeò malè ab *A. M.* dicatur judicia *b. f. & stricti juris* con-  
 fundi, cum facultas ex æquo & bono simpliciter æstimandi arbitrariis  
 nequaquam insit. (8) §. Non autem verf. aliquando *j. d. perp. &*  
*temp. Act: malè asserere Heredem ex dolò defuncti in Contractu ad-*  
*missio non teneri; benè hoc asseri docet Bach. ad j. §. dictum.* Intel-  
 ligitur hic Actio ex Contractu non mera, sed ubi simul concurrat ali-  
 quod delictum, qualis est Actio tributoria, cum aliis quas hic Accursi-  
 us recenset.

XV. In Disputatione 4. progreditur ad Antinomias quas testi-  
 moniis, rationibus & Authoritatibus firmare nititur. Testimonia seu  
 exempla refert in *θ. 7. & seqq.* In quibus ait pugnare (1) *L. 2. §. 1. ff. d.*  
*Offic. Proc. cum L. Apud 17. §. 1. ff. d. man: vind: Non pugnant L. 2.*  
*§. 1. ff. d. Offic. Proc.* loquitur de ICTionis exercitiò nondum manda-  
 tò *L. 17. §. 1. ff. d. man. Vind.* De mandatò exercitiò. *Hahn. o. rh. pr.*  
*ad Tit: d. off. Proc.* (2) *L. 6. §. ult. ff. d. R. D. cum L. 6. §. ult: ff. d. Re-*  
*lig: Non pugnant. L. 6. §. ult: ff. d. R. D.* dicit de Cenotaphio, quod  
 ob sacrificia solennia, quæ ibidem fieri non infrequens est, à Nobis re-  
 motum & sepositum est, de quò extat locus *Virgilii lib. 3 Æneid: de*  
*Hectoreo tumulto. Aull. Gell: l. 4. Noct. Attic: c. 9. Alciat. l. 10. πεπερωσ*  
*juris c. 12. D. Thad: Pis. Soac: ad §. Religiosum j. d. R. D. Sed L. 6. §.*

ult: ff. d. Relig: dicit de simplici Cenotaphio quod ex νερός & τὸ φῶς  
componitur in quò nec aræ sunt nec sacrificia fiunt, ejus mentionem  
facit Virgil: L. 6. Æneid: de Deiphobo. Catel: Cotta in suis mem. in  
verb: Cenotaphium. Budæus in suis Annot. in ff. (3) L. Juris Gentium  
7. §. quin imo ff. d. pact: cum l. Lecta 40. ff. d. R. C. Non pugnant  
quia posito pacta in esse b. f. judiciis non excluduntur eadem à judiciis  
stricti juris, sed licet perfecta stipulatione post responsionem fuerint  
apposita tamen secundum l. 40. ff. d. R. C. ei insunt. (4) L. Si Rem 31. §. Si  
duo ff. d. Novat. cum L. Si unus 27. in pr. ff. d. pact: Non pugnant L. 31.  
de alia quam L. 27. disponere materia ex inspectione legum patet. Pac.  
c. 1. ant. 96. (5) L. ult. ff. d. Pact: cum L. Si unus 27. §. pactus ne peteret.  
eodem. Non pugnare has Leges Hottomannus & Bachovius ad πρῶτα  
p. 709. diversimode conciliantes docent verum illorum conciliationi  
præfertur illa quam habet Pac: c. 1. a. 98. (6) L. 2. ff. d. rescind: Vend:  
cum L. ab emptione 58. ff. d. pact: Non pugnant quia non dicit l. 58.  
posse post pretium solutum infectam Emptionem fieri, sed potius no-  
vas quasdam obligationes constitui. (7) L. quid ergo 13. §. ult. ff. d.  
bis qu. not: infam. cum l. 2. Stellation: Non pugnant quia crimen Stel-  
lionatus non irrogat infamiam ipso jure l. 13. §. ult. ff. d. his qu. not.  
infam. sed pro qualitate facti per sententiam. (8) L. is qui 13. §. ult. ff.  
Com: cum L. Atquin 19. §. Si Libero ff. d. N. G. Non pugnant, quia &  
mandati Actio non excluditur à libero homine, in quò non est vera  
necessitas, qui neq; cogi potest, licet se cogi posse ex necessitate servili  
existimet sicut ait Donell. l. 15. c. 15. ad l. 19. d. N. G. Aliæ adhuc con-  
ciliationes videri possunt apud Pac. c. 2. ant. 59. Gadd. d. contrab:  
Stip: c. 7. concl. 7. Bachov. ad Treutl. Disp. 10. §. 2. Lit. F. (9) L. Si de  
vi. 37. ff. d. jud: l. qui cæcus 5. §. 1. ff. Ad Leg: Jul: d. vi. publ: cum l. 1.  
C. d. Appell: § l. 7. C. Ad L. Jul: d. Vi. publ: Non pugnant sed in om-  
nibus Legibus datur convenientia in hoc ut prius violenta dejectio  
de possessione & postea justitia possessionis & Dominium in judici-  
um veniant. (10) L. 7. §. ex diverso ff. d. A. R. D. l. Paulus 29. §. Do-  
mus d. pign: cum l. planè 38. ff. d. Her. pet. Non est pugna sed  
Exceptio à Regula quoad impensas necessarias.

XVI. (11) l. Sed etsi 25. §. Scire ff. d. Hered: pet: l. certum 22.  
C. d. R. V. cum l. qui scit 25. §. ult. d. usur. Vix conciliari posse pu-  
tant Covarruv: var. Resol: lib. 1. c. 3. n. 7. Egvin: Baro & alii quos se-  
cutus est & retulit Menoch: d. Recup. Rem. 15. n. 615. in f. Cum tamen  
concilia-

conciliatio facillima fit; Cum enim verâ cognitio ante EviCTIONEM  
 non detur, inde sequitur b. f. Emptorem, rem esse alienam, tum de-  
 mum cognoscere, cum demum evicta est. (12) *l. Sed si me is 26. §. ar-  
 bor. ff. d. A. R. D. l. hoc amplius 9. §. Alfenus ff. d. damn. infect. cum  
 l. 5. §. de arbore ff. d. R. V.* Hanc pugnam accuratè solvit *Ungep. ad  
 j. Ex. 5. q. 6. (13) l. qua ratione 9. §. Sed non uti ff. d. A. R. D. cum l.  
 in Rem Actio 23. §. Sed & id quod ff. d. R. V.* Villoutranus Lib. 1.  
 Antin: c. ult. l. 9. §. 2. accepit de pictura textili & l. 23. §. 3. de ea-  
 quæ in tabulis fit, Pacius c. 3. q. 43. ait picturam propter privilegium  
 eximi. *Nicolaus de Passeribus p. 122.* aliquot responsiones refert &  
 refutat quibus misis consuli potest *Ungep. ad j. Ex. 5. q. 10. & Don: lib.  
 8. Comm. Jur. Civ. c. 11. (14) l. Minicius 61. ff. d. R. V. cum l. Sed si me-  
 is 26. ff. d. A. R. D.* Non pugnant quia altera de factâ, altera de refe-  
 ctâ nave loquitur. (15) *l. Sed etsi 7. §. 1. Marcellus ff. d. Publ. in Rem  
 Act. cum l. 2. §. Si à furioso ff. pro Empt:* Non pugnant, nam in casu  
 Marcelli dicitur is qui à furioso ignorans emit habere Publicianam  
 contra Extraneum possessorem, in casu Pauli non habere contra ipsum  
 Furiosum, & ita rejicitur sententia *Ant. Mercat. in notat. ad l. 2. Anti-  
 madv. Joan. Robert. c. 27. (16) l. Sed etsi quid 25. §. 1. vers. quid ergo  
 ff. d. Usufr. cum l. Si Servus 24. ff. d. Act: Empt.* Non pugnant, quia  
 altera Lex de pecunia quæ ex re fructuarii, altera de pecunia quæ ex  
 re Domini solvitur explicanda & casus aliter formandus est, quàm ab  
*Ant. Matth* proponitur. (17) *l. Sed etsi quid 25. §. Si duos ff. d. Usufr.  
 cum l. 23. §. ult: ff. d. A. R. D.* Rei dividuæ & individuæ distinctione ad-  
 missa nulla superest pugna. (18) *l. 1. §. 1. d. Usufr. accer: cum l. 20. d. Leges  
 II.* Non pugnant, nam l. 1. §. 1. loquitur de Usufructu l. 20. de proprie-  
 tate accrescendâ. (19) *l. 23. ff. quib. mod. Usuf. am. cum l. 7. D. d. A. R.  
 D. §. l. 24. quib. mod. Usuf. am.* Non est pugna, sed l. 23. loquitur de  
 inundatione è qua metuendum ne flumen in agro maneat, quia se uno  
 impetu extra ripas in eum effudit: Leges vero 7. & 24. loquuntur de  
 simplici inundatione in quâ hic metus cesat. (20) *l. 5. ff. d. op. Servo.  
 cum l. 4: preced.* Non est pugna quia operæ Servorum cum usu & Usufu-  
 fr. quoad utilitatem comparantur licet eadem alias sint distincta Servi-  
 tus ab Usu & Usufr.

XVII. (21) *l. plenum 14. §. 1. ff. d. Usu & Hab: cum l. huic stipu-  
 lationi §. ergo ff. Usufr. quemadm. cav.* Non pugnant quia altera l.  
 de facultate utendi, altera de Servitute usus si fructus sine ea obvene-  
 rit,

rit, an stipulatio locum habeat? loquitur. (22) *l. rogasti 11. ff. d. R. C. cum l. qui negotia 34. vers. his argumentum ff. mand: Non pugnare manifestè ostendit Joan. Robert: l. 2. sententiarum juris c. 5. (23) l. singularia 15. ff. d. R. C. cum l. qui negotia 34. ff. mand: Non pugnante nam l. 15. loquitur de pecunia præsente quam mandatarius offert & ei mandans crediti nomine relinquit, & sic fictione brevis manus quasi pecuniam dat sed l. 34. agit de pecunia non extante, in quâ, ejusmodi fictio, in Contractu Reali, ubi res intervenire debet, ceslat. (24.) *l. Si Ego 18. ff. d. R. C. cum l. 36. ff. d. A. R. D. Non pugnant quia l. 18. docet errorem causæ impedire ne ex Contractu mutui fiant nummi accipientis quorum proprietates ex aliâ potest transire secundum l. 36. ff. d. A. R. D. (25) l. si filius §. 14. ff. d. R. C. cum l. Sed si paterfam: 9. §. 1. ff. ad Se Maced: Non pugnant quia altera de consumptis altera de extantibus loquitur. (26) *l. si pene 19. ff. d. Cond. Indeb: cum l. Repetitio 44. ff. eod. Non pugnant sed diversus casus ratione liberationis & cesantis Repetitionis in l. 44. habetur. (27) l. Si non Sortem 28. §. pen ff. d. Cond. Indeb: cum l. cum is 32. §. ult: ff eod. Non pugnant l. 28 in specie exprimit ubi quis decem aut stichum stipulatus. l. 32. agit de homine generaliter promisso. (28) *l. Si Titio 22. ff. d. pign. cum l. rem alienam 41 ff. d. pign: Act: Solvit hanc pugnam Hermannus Vultej. Discept. Scholast: c 17. hunc secutus est Hieronym. Treutl. select. Disp. vol. 2. Disp. 1. 8. §. in princ: (29) *l. Viri uxori 17. in pr. l. Seja 28. ff. ad S. C. Vell: cum l. Si fenebris 13. C. eod. Dirimit hanc pugnam Nicol. à Salis in Sicilim: jur: ad d. l. 13. p. 670. & seq. (30) *l. eò tempore 50. ff. d. pecul: cum l. Fulcinius §. Si quis quib. ex caus. in poss. eat: Non pugnant. Nam in l. 50 negatur quia certum erat nihil amplius futurum in peculio. in l. Fulcinius affirmatur quia hoc erat incertum.******

XVIII. (31) *l. sunt qui in id 16 ff. d. Re jud: cum l. verum 63. ff. pro Soc: Non pugnare has leges docent Pac. cent. 4. Ant. q 100. Nicol. d. Pasjer. p. 260. (32) l. invenditionibus 9. in f. ff. d. contrab. Empt: cum l. quid tamen 14 eodem & l. Si sterilis 21 §. quamvis in pr. ff. d. Act: Empt. Non pugnant, l. 9. loquitur de errore quoad totum l. 14. & 21. de errore quoad partem. (33) *l. 41. d. Contrab. Empt. cum l. 14. ff. eod. Nulla est contrarietas. In l. 41 dicitur nulla esse Emptio quoad res non v. quoad aurum, sed quoad hoc valere Emptio dicitur in l. 14. (34) §. Cum autem j. d. Empt. Vend: l. Necesario ff. d. peric. & com. rei vend.**

CUM

*um l. Si fundus 33. ff. Locat.* Antinomiã non esse docet Bachov. ad j. ad s. *Cum autem (35) l. Servus 7 ff. d. Serv. export: Cum l. Si Venditor 6. §. 1. eod.* Non est pugna quia in l. 7. & l. 6. dissimiles proponuntur casus. (36) *l. urbana prædia 198. d. V. S. cum l. 4. §. 1. ff. in quib. caus. pign:* Non pugnant, quia prædia diversimode non tantum locò sed & materia, genere, fineq; distingui ab invicem possunt *l. urbana 198. dicta d. V. S. l. 166. eod. l. Servus 99. d. Leg. III d. l. 4. in quib. caus. pig. ra. (37) l. ult. ff. qv. pot. in pig: cum l. Si quis Mibi 28. ff. d. jur: Fisc.* cum jus commune per privilegium Rei vel personæ datum non tollatur, inde nulla contradictio. (38) *l. qui scit 25. §. ult. ff. d. Usur. cum l. qui bona 23. §. 1. tam diu & l. quaesitum 40. ff. d. A. R. D.* Non pugnant quia quis tum demum intelligitur rectè scire cum evictus est fundus *Pacius c. 5. q. 44. Donell. lib. 4. c. 24. (39) l. Nefennius 41. ff. d. Re jud: cum l. Si. Extraneus 33. ff. d. ju. Dot:* In his legibus in eadem facti specie nulla est repugnantia. (40) *l. 6. §. ult. ff. d. inj. rupt. irr: cum l. miles 22. ff. d. Testam. mil:* Non pugnant quia altera alterius explicationem habet.

XIX. (41) *l. Si Titius 27. ff. d. vulg. & Pup. Subst. cum l. qui habebat 47. ff. eodem.* Non pugnant, cum in l. 47. diversus reperiatur casus & conditio deficiat, sub qua Uxor & soror erant substitutæ (42) *l. Tribunus 20. §. 1. ff. d. Testam: mil: cum l. in fraudem. 15. §. Testamentum ff. eod.* Non pugnant quia altera de voluntate explicitè altera implicitè dicta loquitur, si id quod detractum vel additum à milite post militiam ( tale enim novæ voluntatis argumentum extare debuit *secund. §. sed etsi quis j. d. Test. mil:* ) non indicet contrarium. (43) *l. cætera 41. §. tractari d. Leg. 1. §. Sed si Rem j. d. Leg. cum l. 1. §. ult: d: Reg. Cat.* Non pugnant, cum l. 41 & §. Sed. de Legato puro ab initio invalidò loquantur illud non confirmari impedimento cessante, id vero secus se habet in legato conditionali. (44) *l. Qui duos 20. l. si domus 71. in pr. l. si Servos 108. §. cum homo d. Leg. 1. l. 2. ff. d. Opt. leg. cum l. cum Servus 39. §. Scio. & l. ab instituto. 45. §. 1. d. Leg. 1.* Non pugnant, sed in prioribus legibus Testator non sensit de certò corpore de quò sensit in posterioribus *Bronchorst cent 3. c. vavno q. asfert. 49. (45) l. verbis 5. ff. Ad L. Falc: §. ex contrario j. d. Leg: cum l. Debitor 82. d. leg. II.* Non pugnant quia non extingvitur actus perfectus, si persona Disponentis & Legatarii in eodem manserint statu,

C

sed

sed mutato statu fecus est statuendum. (46) *l. 1. §. 1. d. instr. vel instr. leg. cum l. 5. eod.* Dirimit hanc pugnam *Pac. 6. ant. 35.* (47) *l. is. qui in potestate 15. §. 1. ff. d. leg: prest: cum l. seq. Si duo infin. vid. Cujac. tr. 4. ad Afric. Pac. 6. ant. 61.* nec quicquam solidi contra hos affert. *Ant. Faber 5. conject. 13.* (48) *l. un: §. item Juliano ff. d. Remiss. cum l. 1. §. ult. ff. d. op. nov. nunc:* Non pugnant quia neq; in *l. un. additum*; suo nomine. (49) *l. qui Mibi 13. ff. d. Don: cum l. per Servum 37. §. ult: ff. d. A. R. D. Falsa Ant. Matth.* interpretatio nullam Antinomiam parit: nam vult *§. ult:* alterum Dominum nihil lucrari, sed eum tantum consequi in quem Donator rem conferre voluit qui sensus cum *l. 13. convenit.* (50) *l. quâ ratione 9. §. ult. ff. d. A. R. D. & §. ult. j. d. R. D. cum l. falsus 43. §. Si pactum ff. d. Fur:* Non est pugna, cum neutra animum retinendi quoad eventum incertum removeat, sed altera ex his *Arist. 3. Eth. 1. sententiam confirmet.* Antinomiae (51) & (52) jam in præcedd: *θ. solutæ sunt.* (53) *l. 3. §. Ex contrario ff. d. A. vel A. P. cum l. Si duo ff. Ulti possid.* Non est pugna quia duo alter animo alter corpore rem possidere queunt item *l. 8. ff. d. A. vel A. P. cum l. 3. §. in eod.* Non est pugna quia quando ab animo quis possidere desinit, tum invito animo corpus nihil possidet *Bronch. cent. 3. asfert. 53.* (54) *l. 3. §. ult. ff. d. Separ. cum l. 1. §. item & l. 5. ff. eod. vid. Wissembach. ad ff. Disp. 22. θ. 10. item ad.* (55) apparentem contrarietatem inter *l. 6. ff. quib. ex caus. in poss. eat. & l. pen. eod. vid. Wissemb. d. Disp. θ. 3.* Nec non ad (56) inter *l. 4. §. item ff. d. prec. & l. 6. §. quæsitum eodem. vid. Wisf. D. 24. θ. 21.* (57) *l. 28. §. ult. & l. 35. d. Stip. Serv. cum l. Servus 16. eod.* Non est pugna sed potest stipulari Servus heredis nomine proprio in Stipulatione expresso, non expresso non potest stipulari. (58) *l. si rem 31. ff. d. Novat. cum l. quoties 14. eod.* Non est pugna *l. 31.* loquitur de eo qui facto promissoris interiit *l. 14.* de eo qui sine facto. (59) *l. 13. §. 1. ff. d. publ. jud. cum l. 3. C. d. Accus:* Non est pugna, quia admittitur Procurator ad allegandam causas absentiae. (60.) *l. aut facta 16. §. locus d. pen: cum l. 5. ff. d. pecul:* Non pugnant, quia in loco sacro ablata sacrilegium, prophanofurtum esse censetur.

XX. Absolutis exemplis ad rationes progreditur, quæ tamen nullius ponderis & momenti sunt, in primâ enim & secundâ ratione committit Fallaciam Consequentis, in tertiâ petitionem ejus quod est in principio & in reliquis rationibus Fallaciam à dicto secundum quid ad dictum

dictum simpliciter. His stramineis argumentis substernit auctoritatem Doctorum. Sed huic opponimus præter *Nicolaum de Passeribus* quem hic admittere non vult *Bronchorst, Pacium, Accursium, Azonē* quos & alios in Solutione Antinomiarum attigimus. Tandem præcepit ruit in convitia: sed hæc tanquam signa impotentis animi responsione indigna esse quivis dictamen rectæ rationis sequens iudicium feret. In Disp. 5. tres modos conciliandarum Antinomiarum refutat quos tamen si quis cum grano Salis accipiat æquo animo eum prædictos modos ferre posse est extra controversiam. In Disp. 6. docet Dd. non interpretari Leges, sed se misere torquere qui interpretantur per scil: si &c. quod ipsi nequaquam largiendum est, quando Dd. id ipsum non sine probabili quadam ratione & conjectura faciunt.

XXI. In Disp. 7. docet J. C. recedere ab honestate quia permittit (1) Concubinatum & meretricias conjunctiones *l. 3. ff. d. Concubin. l. ancillarum ff. d. Her. pet. l. Si uxor 13. §. Sed & in eâ ff. Ad L. Jul. d. Adult. L. Si eâ 22. l. quæ adulterium 29. C. eod.* Nullam hic agnoscimus consequentiam, nam aliàs hoc absurdum, E. etiã Jus Ebræorum ob impunè permisa Divortia & polygamiam peccasse contra honestatem, sequeretur. Sed excipit Ant. Matthæus in Disp. 9. §. 21. & seqq. hoc esse *Carneadeum acumen* dicitq; *Jus me docuit: Quicquid licet, jure licet. Si licet habere Concubinam Ergo jure licet. Qui Testamentum scribere nequit, nec Codicillum potest l. conficiuntur 8. §. Codicilli ff. d. jur. Codic: Qui tamen Testamentum facere non potest, scil: angustiã temporis exclusus propter subitam peregrinationem Codicillum scribere potest. Jure videlicet non de facto.* Sed Nos Jus docuit de eo quod licet esse distinctius agendum, etsi enim permissionem quæ nuda est facti, & impedimenti remotionem significat non attendamus sed tantum ad eam quæ Lege fit respectum habeamus attamen ea quoq; duplex est, aut plena quæ jus dat ad aliquid omninò licitè agendum, aut minor plena, quæ tantum impunitatem dat apud homines & jus nè quis alius impedire licitè possit. Quicquid ex prioris permissionis genere licet id nîl minus jure licet quàm ex præcepto sequitur id de quò Lex agit contra jus Naturæ non esse. Sed de posteriori genere ad quod Concubinatus refertur aliter se res habet *H. Grot. d. j. B. & P. L. 1. c. 1. §. 17. n. 2. in fin.* Imò nequidem Concubinatus & aliæ illicitæ conjunctiones extra omnem pænam

nam fuere, quum partus ex ejusmodi congressu conceptus & editus ante Nuptias contractas deterioris conditionis sit quam legitimus §. aliquando j. d. Nupt. & licet non infamiâ notetur ut perpetuâ tamen maculâ laboret. Hoc verò Antonii Matthæi firmissimò argumentò disolutò reliquis brevius responderi potest & quidem Ad (2.) ratione circumventionum Respondet *Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disp. 28. §. 2. lit. D. Dionys. Gothofred. ad l. 8. C. d. Rescind. Vend.* confundit hic Matthæus Fraudulentam circumventionem cum industria œconomicâ.

XXII. Jus Civile ab honestate recedere ait (3.) in eo quia pacta de criminibus confirmat. Non confirmare quoad interesse publicum docet *Bronchorst. c. 1. ενανθ. Aß. 43.* Ad (4.) vitium R. usuras J. C. permissas jure Divino prohibitas non esse. Ad (5.) R. negando torturam immanem Ethnicorum barbariem sapere: Licet Judæis aliud inveniendæ veritatis fuerit remedium nempe Exploratio de quâ *Jö-achimus Stephani de ICTione Judæorum c. 8.* Adv. Resp. nequè ex Junii & Tremellii versione constare neq; ex *Levit. c. 18. v. II.* probari ἀλλοπεργόνων Nuptias esse prohibitas, quem textum H. Grotium ex mente Saducæorum de Adoptivâ explicare ait *Wisfenb. ff. Disp. 44. §. 19. in fin. vid. Bach: ad §. mariti tamen j. d. Nupt.* Ad 7. negando reverentiam in matrem præceptam requirere ad Liberorum Nuptias ejus consensum; Consensus enim deficiens violat effectum P. P. cujus mater non est particeps, sed non violat matris reverentiam, quam & Jus Civile præcipit *l. 4. §. 1. & seq. ff. d. in jus voc.* Ad 8. Resp. Non opus esse rescissione in eò actu, qui ipso jure nullus est. §. *hi advers. j. d. Nupt.* Ad 9. Resp. ex annorum numero de habitu corporis constare & de potentiâ coeundi aliquam certitudinem dari. Ad 10. Resp. querelam de inoff. Test: pro conservando jure heredum ab Intestato citra tertii injuriam colorem quæsisse. Ad 11. Negamus Retorsionem ex *l. 25. ff. d. Proc: & probari l. 14. §. Si Libertus ff. d. Bon: Lib:* Ad 12. Resp. Septem testium numerum non adversari Legi Dei. Ad 13. & 14. Resp. Privilegium rei vel personæ datum injuriam dici non posse. Ad 15. de pœnâ Rapinæ constituta in Solutione Ant. responsum est. Ad 16. Resp. Actionem quod met. cau. ob delictum admissum saltem ex accidenti pœnalem esse. Ad 17. Resp. in hoc casu quando hodie cum damnum datur res plurimi est esse per interpretationem



terpretationem, Rei persecutoriam, & ratione damni non verò poenæ in heredes perpetuam. Ad 18. Resp. Secare esse damnum dare in corpus, sed judicando non datur damnum in corpus, & proinde nec judex ex delicto verò teneri potest.

XXIII. In Disput: 8. statuit J Ctos sibi non constare in quaestione, an Reus Criminis absens per Procuratorem defendi queat? Sed ad hanc Q. distinguendo inter causas absentiae allegandas & Reum in principali defendendum, jam in *præcedd.* responsum est. Nec enim uti Antonius Matthæus in *l. ii.* hujus Disp. vult, Leges Legibus oppugnandæ sunt, sed potius altera ex alterâ explicanda est. Ad reliqua quoq; hujus Disp. dubia de Expensis, Possessione, pactis, Circumventione, poena Raporis &c. &c. pariter in *præcedd.* est sufficienter responsum, negandò vel limitando partim Subjectum partim Prædicatum. In Disp. 9. repetit omnia de Concubinis, Tortura, Transactione &c. & adjicit, nova non admodum inter se cohærentia capita, quæ tamen omnia inspectis probèq; examinatis legibus quas probabilienda sua sententia allegat facile concinari possunt. In Disp. 10. ait inertes rationes in legibus deprehendi, quod falsò ab eo asseritur, quia rationes in Legibus ab ipso allegatis non inertes, sed maxime necessarias esse in conflictu defendetur. In Disp. 11. ait J. C. & ab aliis reprehendi, quia probat contrarias I C Torum opiniones *l. plenum 21. §. 1. ff. d. Usu & Hab:* Sed ita denuo *Fallaciam Consequentis* committit ita argumentando: *Nervæ* contra, *Sabini Cassii Labeonis & Proculi* Responso visum est concessione usus neq; folia neq; oleum neq; fruges contineri *E. Justinianus* contraria *responso & contrarias leges*, suo Corpori inferuit, cum tamen *Justiniano* animus fuerit ut *antinomias* tollat, non inferat *contraria*. Nec alterum ipsi concedimus quasi *Philosophi Medici & Authores* aliarum Facultatum indubie errarint, quia Artificem in sua Arte errare non præsumimus. Ad ea quæ denuo de *Concubinato & Circumventionibus* repetit jam est responsum in *præcedd.* Ad *αὐτοχρησῆα* Servorum Respondemus *l. allegatam*, sed si damnum *9. §. Si ipse ff. d. Pecul:* eam quoad certum *juris Civilis effectum* peculium scilicet non minuendum esse *licitam*, nec *licitum* accipitur pro eò quod rectum est ex omni parte sicut Venditori post diem præstitutum vinum *licet* effundere *l. 1. §. licet D. d. peric. & comm. rei Vend:* Sed pro eò quod apud homines poenæ non subjacet  
ut

ut Cicero pro Rabirio Posthumo Judices sic alloquitur: *Quid deceat Vos non quantum liceat Vobis spectare debetis: si enim quod liceat quaeritis, potestis tollere e Civitate quem vultis.* Sic Regibus dicuntur omnia licere, eoz sensu opponitur quod licet & quod oportet Cic: Orat. pr. Balb: *Est enim aliquod quod non oporteat etiamsi licet.* Reliquas reprehensionum notas legentis iudicium facillimè enodabit. In Disp. 12. urget Definitiones in jure esse paucas easq; vitiosas, e. g. Jurisprudentiæ definitio in l. 10. §. 2. ff. d. j. & j. §. 1. j. eod: competit Philosophiæ quam sic definit Cic: in offic: Sed pace Antonii Matthæ dicimus nec Ciceronem d. l. nec alium ullum Philosophorum cum restrictione *justi & injusti Philosophiam* definiisse. Cæteras quoq; definitiones ex pr. j. d. I. N. G. & C. l. 1. §. 2. d. pact: &c. desumptas injuriâ ridet, quarum nos singulas in seqq. Disp. in suâ sede defendemus.

XXIV. Leges Civiles in Decretum à Gratiano conjectæ in numerum sacrorum canonum relatæ non sunt, cùm ipse Gratianus canonizandi potestatem non habuerit. Sed in cæteris illud Gregorius XIII. Summus Pontifex Decretalibus reliquisq; Juris Canonici partibus annumeravit; Sed Decretales sub nomine *Extra* citantur, quasi fiat *Extra Decretum Gratiani*, quod tempore prius fuit.

XXV. Libri βασιλικῶν ad hoc faciunt, ut leges mendosæ corrigi, palantes suis sedibus reponi, & amissæ restitui queant Marquard. Freher: in d. Epist. Codex Theodosianus verò prodest, ut cognoscatur (1.) quâ ratione una lex ex C. Theod. in tres lacinias distracta in C. Justin: reperiat e. g. l. 8. C. Th: d. Jurisd: distracta est in l. 8. Unde Vi. l. 16. de Accusat: & l. un. d. Abigeis C. Just. (2.) quâ ratione quoad formam quædam mutata e. g. ex l. 5. & 6. C. Th: d. Aquæductu constat est l. 3. C. Justin: de Aquæductu, in quâ utraq; subscriptio tam l. 5. quàm 6. adjecta & tantùm inscriptio l. 5. servata est. Sic ex l. 1. & 2. C. Th: L. un. C. Justin: d. super Exact: composita est, ita ut neglecta l. 1. & secundæ Legis tantùm servatâ in- & sub-scriptio Legis secundæ sententiæ primum, & primæ postremum habeat locum. (3.) quâ ratione quoad materiam quædam mutata sunt e. g. l. 66. C. Th: d. Heret: mutata est in l. 6. C. Just. de Heret: l. 27. C. Th: d. Episc. & Cler: mutata est in l. 9. C.

Just: d. Episc. & Cler:

☞(O):☞

Kc 3004

ULB Halle  
003 757 714

3



Bitte nach Ausleihe an  
Frau Richter. 1  
Sammelbd. ? oder  
Inhaltliche Werte ?

von 125





N. J.  
 TATIO I.  
**TARUM**  
**SIUM**  
**TI & CON-**  
**VERSI**  
 Just: Theod: Libb.  
 pistolis præmissis,  
 quam  
**S I D E**  
**CHRISTO.**  
 O Volk/  
 & P. P.  
**IAS Fischer/**  
 slâ Silef.  
**N D E N S,**  
 defendet  
**ORIO MAJORI**  
 cc. LXXX.  
 O MONTI  
 REUSNERI, SER. ELECT.  
 TYPOGR. HÆREDUM,